

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm, Belgam, Hungarvm

Vernulaeus, Nicolaus

Coloniae, 1623

XV. Quomodo accipiendae fint à Belli Duce Ciuitates deditae

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107383)

maretur. Romani horridum militem esse volebant, non calatum auro argentoq^{ue}, sed animis & ferro fretum. Et Mutius Sfortia Alphonsum Neapolitanum risisse dicitur, cuius exercitu nihil erat videre splendidius.

XIV.

Quantum possit Ducis
Exemplum?

Cum Rodolphi primi Imperatoris in Pralio contra Ottocarum Bohemia Regem Exercitus siti laboraret, animosq^{ue} remitteret, ablata est rustico cuidam messoribus potum ferenti, hydria sicera plena, & Imperatori oblata. Quam cum ille vidisset, Reddite, inquit, homini isti vasculum suum, nam ego Exercitui, non mihi siti ebam. Hac voce omnium sitim extinxit: resumptis mox animis victores euaserunt.

XV.

Quomodo accipiendæ sint à Belli
Duce Ciuitates deditæ.

Leo Imperator, Si Deo, inquit, annuente subijciatur tibi ciuitas, vel ob metum obsidionis, vel aliam ob causam, clementer ac beneuole erga obsessos afficiaris.

Sig.